

Petracca, priore di Santa
Maria di Cersosimo.

XLI 4

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petracca, priore di Santa
Maria di Cersosimo.

XLI 4

1186-07

Ego Iuncate qui infra domna Calabre # Signum mee proprie mano Petro de Calabria vir suus subscripti concedo et confirmo In nomine Dei eterni ac salvatoris domini nostri Ihesu Christi anno dominice incarnationis eius Millesimo Centesimo Octuagesimo sexto. Mensis iulius videlicet in medietate indictione quarta.

Ego domna Iuncata que supra uxor domno Petro de Calabria per istum instrumentum manifesto quod recipio a te domno Petracca venerabili priori Kirsosimi videlicet et omnibus ... fraternitatem et firmacionem signaculi mei in sanctimonialis quod ego iam alia vice pro ... infirmitas et peccatis meis et omnium mei meorum parentum in manu domni Rodiani pro parte Cavensis monasterii feci, recipio ecclesiam Sancti Andree in predicta terra nostra fundita cum omnibus pertinentiis et rebus suis omnibus diebus vite nostre ... ut ego in ecclesia ipsa fidem bonam habentem concessi mea spontanea et bona voluntate hec quod ecclesiam Sancti Andree cum omnibus pertinentiis suis ac rebus de bono in melius commutare et fo... confirmare quod uno quoque anno reddam ecclesie Sancte Marie de Kurizosome pro incensu quod dicta ecclesia solita est reddere schiphatos aureos duos videlicet in Pasca unum et alium in Asuptio Sancte Marie ecclesiam si mihi promissum in illa die in ipsa ecclesia me in duam monialis vestimentis et post ...mino modo finite corpori tantum rogo ut in cimiterio Sancte Marie sicut soror ecclesie et filiam me recipiat et pro anime mee tres uncias aureas et schiphatos habeat prior Kurzosi et si dominus abbas Cavensis vel vestararius sine prior transierunt per ecclesiam dicti Sancti Andree vel aliquis eorum nuncius habeat expensas necessario tenimentum dicte ecclesie sic incepta ab

oriente a furca ... ascendit ad magnum armum et ab
armo vadit usque in capite de magno acto et de acto
... vadit recte usque ad magnam viam et a via vadit
ad magnam vallem et de laboera incipit a magna via
et fintomu vadit usque rupas fiat et vaddit per rupem
et responde ad sifonem et a sifone responde et vaddit
in canale de Gamuli... et de ipso canale descende in
responde in canale de Mabri et a canale ipso vaddit ad
magnam tinpam de Cathusa et a Cathusa vaddit in armo
et responde ad magnum flumen et sicut vaddit flumen
ipsum usque ad flumen ... descende ad ceramiche et que
cluditur. Etiam de ... et voluntate predicti viro meo do et
concedo liberam et plenariam potestatem quod a modo
omnia animalia dicti monasterii Cavensis ... Sancti
Andree vaddant pascendo erbas et glandas sine aliqua
affidatura per totum tenimentum terre nostre Calabre et
quod possint venare in eodem tenimento nostro monachi
dicti monasterii sine ... totum hoc concedo pro gratiam
quam obtineo a te priore Kurisosimi et dicta ecclesia
Sancti Andree ut dictam est et pro remissione peccatorum
mei et meorum parentum.

Ego notario rogatu suo hunc brevem scripsi a nos
indictione pretitulatis. # Ego Iuncate qui supra hoc testo
et confirmo et signo cruce mee proprie manus # Ego
Riccus Napolitanus qui huic interfui et testis sum # Ego
Alexio de Alento huius rei testis sum # Ego Basilius
iudex huius rei testis sum et ... iudex